

ΠΕΜΠΤΑΣ

QUÆSTIO-
NUM MISCEL-
LANEARUM

Ad quam

D. O. M. A.

Permissu ampliff. Facultatis Philosophicæ
in inçlyta Salana

PRÆSIDE

M. JOHANNÆ PHILIPPO
BRENDÆLIO Jenensi

Publicè respondebit

GEORGIUS HEBENSTREIT
Augustanus Vindelicus.

Ad diem 10 Mensis Martii. Anni Epoch.
Christ. 1604.

JENÆ

Ex officinâ Christophori Lippoldi.



REVERENDA
PIETATE CLA-
RISSIMO, ET EX-
CELLENTISS. VIRO,
DNO PHILIPPO HEILBRUN-
nero SS. Theologiæ Doctore celeberrimo Anti-
stiti Lavignano dignissimo, & vicinæ diœceseos Superat-
tendenti vigilantissimo, Dn. Præceptori, fau-
tori, & patrono suo plurimum
colendo

NEC NON

Nobilitate generis, splendore virtutis, & auto-
ritate eminentissimo viro Dn. MARCO THENN Pa-
tricio Augustano Dno Mecænati suo multis nominibus
honorando.

UT ET

Humanis. Vivo

Dn. M. JOAN-BAPTISTÆ HEBENSTREIT, fra-
tri suo Germano. SS. THEOLOGIÆ STUDI-
OSO,

O. D. D.

Respondens.

Scaliger.

Sec. IV. Idem colligi potest ex subtilissimorum philosophorum philosopho Scalig: (quem tamen aliis in locis contrarium statuere videri non ignoramus) dum rationalem animam sua intellectiois primordia à sensibus consecutam esse, exercit. 307. Sect. 5. & non defuisse, qui sentirent ita (id est, non se, sed alios statuere) quod hac oratio, DEUS est, natura principis insita sit in animis nostris, atq. nobiscum simul nata exerc. 6. sect. 3. ait.

Sed quid multa afferimus argumenta, cum sufficiat; quid defendere velimus indicasse? Unum silentio praterire nequimus, quod hujus sententia contrarium (argumenta enim illa nobiliora à conscientia &c. deducta certis de causis hic praterimus ad illa in ipsa oppōxi, D. V. responsuri) ex Aristotelis eo ipso capite, quo notitias nobiscum natas esse negat, probare aliqui volunt, putantes Aristotelem tam stultum fuisse, ut in duobus, aut tribus lineis sibi contradixerit.

Argumenta eorum potiss. duo sunt, quae in hanc formam redigemus. I. Si naturā nobis inest, necessario nata nobiscum erunt notitia. Atqui verum prius. E. Minorem probant hoc Syllogismo. Ubiq. est xp̄is, ibi actus. Atqui nobis naturā inest. dūo apus xp̄is. E. Resp. In hoc Syllogismo esse quatuor terminos. II. Quodcumq. quodammodo inest, illud actu inest. Atqui scientia quodammodo inest nobis. E. actu inest. Verum majorem nullius esse momenti cuivis patet. Perinde enim est, ac si dicerem semen quodammodo homo est. E. actu homo est. Vinum quodammodo calidum est. E. actu calidum est. Ovum quodammodo pullus est. E. actu pullus est.

DE QUÆSTIONE

An jus à iustitiā, an iustitia à jure denominetur?

~~Handwritten notes and scribbles covering the bottom half of the page, including the word 'DE QUÆSTIONE' and various illegible annotations.~~

Hac questio scitu non indigna, cum & Jureconf. familia-
ris. Erroris autem genitrix est aquivocatio semper, ut dixe-
runt Scholastici: Ne igitur & nos incidamus in errorem tol-
lenda est aquivocatio, qua est in vocabulo denominationis.
Grammatici παρῶνμα, denominata, definiunt non ratione
ipsius rei, sed ratione vocabuli, seu syllabarum, ut illud potiss.
quod plures habet syllabas, aut literas παρῶνμα sit ejus, quod
pauciores. Si quis igitur Grammaticè vocabulum, παρῶνμα
accipiat, nemo est, quin Justitiam à Jure denominari videat.
Logici. a. non syllabas, sed rei originem potius respicientes
παρῶνμα, ea vocant, qua ab alio non syllabis minore, sed re-
ipsa priore derivantur. Hos si imitaberis, quod JCTI nobiliores
ferè omnes fecerunt, Jus à Justitia descendere dices.
Id quod Jacob. R. arwardus Brugensis lepido argumento confir-
mat, dum inquit: Cum jus nihil aliud sit, quam jussus, justi-
tia verò virtus quâ, qui sic jubet, prae dicitur est, sequitur, ut
qui justitia fungitur, nomen imponat juri. Neg. tanti mo-
menti, ut in contrariam secedere opinionem nos cogat, non in-
epta illa objectio est, qua utuntur adversarii: Omnis noti-
tia prior habitu. Jus est noticia. E. prius habitu: Et per con-
sequens etiam Justitia, qua habitus est, cum virtus sit.

Luditur enim fallacia aquivocationis in vocabulo prio-
ris. Prius enim est aliquid vel ratione cognitionis, h. e. pro-
ut res est scibilis, seu in mente: Vel prius est ratione essen-
tiae, & extra mentem. Licet itaq; Jus prius Justitiâ esse
videatur in mente, non tamen prius est extra mentem, &
re ipsa. Huic nostra sententia ferè subscribit & Treutlerus,
dum ait, Justitiam jure aquivoce accepto esse priorem, & po-
steriorem: priorem arte, seu disciplina, quâ ad habitum
assequendum utimur: posteriorem notitiâ sine qua nullus un-
quem habitus existit.

An in Adolescentia tantum sit philosophandum?

Nos negativam ut tueamur movemur, cum aliis tunc potiss. hac ratione. Illud in juventute potest cognosci, & per consequens illi in juventute tantum opera danda, cujus partes omnes in juventute perfectè addisci possunt. Atqui Philosophia partes omnes in juventute addisci perfectè nequeunt. E. Minor probatur exemplo Ethices, qua in juventute perfectè cognosci nequit, cum, teste Philosopho, & veritate ipsa, juvenis non sit idoneus auditor Ethices, h. e. qui nondumtaxat, aliquas definitiones & divisiones ex libellis Methodicis norit, sed virtutem exerceat, quia finis Ethices non est *scire*, sed *agere*, quo fine si quis non potitus fuerit, Ethicam se cognoscere & didicisse dicere nequit. Contrarium qui tuentur, autoritatibus nituntur, sed falluntur ipsi, & fallunt alios, quia vel non ex propria sententia, sed eâ, quam postea refutant, illa autores dixerunt: vel philosophiam intelligunt non totam, sed saltem theoreticam: vel loquuntur de abusu philosophiæ reprehendentes eos, qui, ut Callicles apud Platonem (hunc a. patronum adversarii citant) in Gorgia ait, ita philosophantur, ut nec in judiciis consultationibusq. si usus poscat, verba rectè facere, neq. conveniens quicquam, probabileq. eligere, neq. aliis promptè consulere possint. Et hoc quidem ita se habere Marsilii Ficini autoritate comprobatur, qui in Gorgiam Commentario hac verba habet: Quod v. videtur Callicles afferre contra Philosophos, intellige, non contra legitimos Philosophos esse dicta, sed partim adversus ignavissimos Sophistarum, qui Philosophiæ studio abutuntur, dum vel ita solam Logicam sectantur, ut partes speculationis alias dese-

want, vel ita solam speculationem capeffunt, ut philosophica-
morum præcepta institutaq; civilia negligant. Nonnulla verò
in ipsa Galliclis in vectiva falsa dicuntur, quæ in sequentibus
refellentur. &c.

IV. QUESTIO.

An præter naturam sit lactis in maribus pro-
creatio?

Anatomicorum nostri seculi facile Princeps, *Andreas Laurentius duplicem lactis generationem*, & duplicem ejus naturam ex Hippocrate agnoscit: *Alterum*, ut ipse ait, lac verum est, & laudabile, *alterum non verum*, nec exquisitè coctum: *Illud alteratione maxima*, & vera mammarum coctione, eaq; officiali privata perficitur: *Hoc* ex reliquis alimenti proprii mammarum. *Illud* exquisitè album, dulce, moderatè crassum, & alendo infanti accommodatum. *Hoc* album quidem est, quia colorem, & Ideam partis refert, à qua manat, sed nec Chymum, nec dulcedinem, nec virè alimenti obtinet. Nos et si hunc virum summopere colimus, nec libenter ab eo dissentimus: *ut tamen hac in questione de- versum statuamus cogunt nos exempla plurima marium*, quæ tale lac habuerunt, quale verum lac modò descriptum, quod alendo infanti utile sit. Ut enim taceam, quod non modo ali- bi sed & hic plurimos inveniri, quorum mamma lacte turgē- ant, non paucis ignotum sit: ut silentio præteream, Præge hircum lac habentem, & qui mulgeatur, ali, unicum exem- plum brevitatis causa afferam. Narrat Alexander Be- nedictus lib. 3. hanc historiam: *M. Maripetrus S. ordinis equestris tradidit Syrum quendam*, cui filius infans mortua conjugè supererat, ubera sepius admovisse, ut famem filii va- gientis frustraret, continuatq; suctu lacte manasse papillam, quo exinde nutritus est magno urbis miraculo.

Historia.


Acce-

Accedat & ratio. Positis causis sufficientibus generati-
onis lactis in maribus, ponitur lactis generatio. Atqui ve-
rum prius, ut in ipso conflictu, Deo volente, ostendemus. E.
& posterius. Quare concludimus lactis in maribus procreati-
onem non esse præter naturam ἀπὸ φύσεως, sed duntaxat. ὡς ἰσθί
τὸ πλεῖστον, ἢ ὡς ἰσθί το πλὸν.

V. QUÆSTIO.

An ordo petendus sit ab ipsa rerum natura,
an verò à faciliori nostra cognitione?

Hic quoq; vocabuli, Naturæ, equivocatio tollenda. Na-
turam rerum duobus possumus accipere modis. 1. prout est ex-
tra animam, & extra omnem cognitionem nostram. 2. in-
telligimus rerum naturam ut à nobis cognoscendarum & pro-
ut ad nos cognoscentes ea referuntur Zab. 1. de Meth. c. 10. Si in
priori acceptione vocabulum, natura sumas, negamus ordinē
petendum esse à rerum natura: Sin posteriori, affirmamus. Et
in hac significatione sumens vocabulum natura si inquis, or-
dinem desumi debere à rerum natura, idem est, ac si dicas eum
desumi à faciliori nostra cognitione. De hac verò quaestione,
quia satis scripserunt Zabarella, & Piccolomineus, qui in omni-
um sunt manibus, nolimus rationes sentētiam nostram confir-
mantes huc transcribere; sed duntaxat nostram de hac qua-
estione sententiam aperire. Hoc saltem addimus, erroris eorum,
qui cum Piccolomineo contrarium nostra sententia statuunt,
esse præcipuam causam, quod contingit quandoq; ut una
ac eadem disciplina ordinem natura, & cog-
nitionis seruet.



Carmina ad ornatiss. & Do-
ctiss. Dn. Respondentem.

I.

Obligat à pugna nomen tibi jure, *GEORGI*,
PHOEBI etenim in castris es pugil egregium
Sed quidnam inde ferēs quāsō? *TIBI* summus *APOLLO*
Imponens laurum digna brabēa dabit.

Φιλίας καὶ εὐνοίας ἕνεκα.

scriptum.

à

M. Johanne Philippo Brende-
lio Jenensi Praeside.

II.

CLaris *GEORGI* nunc inhias libris
Primorum, & altam gloriolam petens
Scrutaris altè, quod sopherum
Dogma probetur & improbetur.
Nunc exhibetur tessera publica,
Dum nempè nobis publicitus dabis

Per-

Perquam eruditas quæstiones
BRENDelio DUCE ventilandas.
Certè est honestum promere cuilibet
Causas roganti: est egregium, benè
Quæstita nosse. Nomen inde,
Laus & honos veniunt manentq;
Ergo GEORGI dum thesibus tuis
Excellis: ultrò perge tuam indolem
Liquore Musarum rigare,
Pollicitus meliora perge.

L. M^q.

subjunxit;

M. Johannes Heinrichus Jungmannus
Rotemb. Tub. Fr. S. S. Theol. Stud.

III.

PRalium inis Phæbi quia miles in arce, GEORGIS
Ingenii & genii munera laudo tui.
Vincere quò possis: bona fac exordia pugnae.
Sic tibi conveniens nomen & omen erit.
Mars, Venus, & Bacchus dant sæva pericula vitæ.
Hac tibi pugna decus, vulnere nulla dabit.
M. Tobias Zorer aff. & ben. ergò fecit.

IV.

Siccine sponte tua Mavortia castra relinquis
Et doctas Musas Pieridesq; colis?

Præ-

Prælia quò tentes, cum non absq; omine Nomen
Poscit: At Aonides quærere poscit AMOR.
Ipede felici, quò te tua fervida virtus,
Ac ubi fata trahunt, & dat Apollo viam,
His si morigerum te præbes, tempora Laurus
Cinget, & ornabit docta corona caput.

Nicolaus Geittner Francohusanus. S.

V.

PRæditum, ego, ingenio laudo, quando excolit artes.
Prædico felicem te, quia utrunq; tenes.

Johannes Hildebrand.

VI.

PEctora cui telo transfixa Cupidinis ardent:
Virgine pro tenerâ militat omnis amans.
Tududum es Sophiam complexus amore, GEORGI:
Omnibus ergo illam non tuæare modis?
Macte animi: defende sacrae sacra dogmata Nymphæ
Præmia militiæ non peritura ferēs.

Johannes Faber Lavinganus

Suevus a. & m. ergò F.

FINIS.

